

Imperféctum meum vidé-
runt óculi tui, ⁊ et in libro tuo
omnes scribéntur : * dies
formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis hono-
rificáti sunt amíci tui,
Deus : * nimis confortátus
est principátus eórum.

Dínuerábo eos, et super
arénam multiplicabúntur : *
exsurrexi, et adhuc sum
tecum.

Si occíderis Deus pecca-
tóres : * viri sánguinem de-
clináte a me :


Quía dicitis in cogitatió-
ne : * accipient in vanitate
civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te
Dómine, óderam : * et super
inimícos tuos tabescébam?


Perfécto ódio óderam
illos : * et inimíci facti sunt
mihi.

Proba me Deus, et scito
cor meum : * intérroga me,
et cognósce sémitas meas.


Et vide, si via iniquitátis
in me est : * et deduc me
in via ætérna.



Ant. DOMINE probásti me, et cognovísti me.



Ant. iv. A VIRO. Ps. 139. E-ripe me Dómine ab hó-



mine malo : * a viro iníquo é-ripe me.

Qui cogitavérunt iniqui-
tátes in corde : * tota die
constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas
sicut serpéntis : * venénium
áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de
manu peccatóris : * et ab

hómínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplan-
táre gressus meos : * abs-
condérunt superbi láqueum
mihi :

Et funes extendérunt in
láqueum : * juxta iter scán-
dalum posuérunt mihi.